UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Ivrispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud; ac amittendi modos breuiter continens

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 13. quis debeat institui quando duo æqualiter fuerunt præsentati, vel alter est magis idoneus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61772

Visual Library

tet G. & B. C. præſentent M. & D. præſentat alium, vel concurrit cum præſentatione facta ab A. in tali caſu A. & G. præſentatus habent vnam vocem. Item B. C. & M. præſentatus habent aliam vocẽ, quia maior pars ideſt B. & C. abſorbet D. & ſic hoc caſu præſentati ſunt pares in vocibus, & eſt locus gratificationi. ita Cardin. in Clement. plures. num. 3. de iurepatronat. Lambertin. vbi ſupra artic. 7. vide dicta ſupra in lib. 4. cap. 1. num. 33. & ſequentibus. & Caſſad. de iurepatronat. Deciſ. 2. Rot. Rom. ideoque habens inſtituere habet optionem, vt inſtituat quem vult. Eſt etiam locus

9 gratificationi, quando † duo æque idonei cumulatiue præſentati fuerunt, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 11. & ſi inſtitutio fieri poſſit valide, vel à Priore, vel ab Epiſcopo, tunc locus erit præuentioni. Lambertin. vbi ſupra articulo 12.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Quis debeat inſtitui quando duo æqualiter fuerunt præſentati, vel alter eſt magis idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Superior data paritate præſentatorum inſtituit quem vult.*

2 *Magis idoneus autem ſi quis ſit, is debet inſtitui.*

3 *Præſentatus idoneus ſi ſit pauper debet inſtitui excluſo diuite magis idoneo.*

4 *Quod non procedit ſi eccleſia egeat.*

1 QVando † duo æqualiter præſentati fuerũt, vnus à duobus patronis, alter ab alijs duobus, ſi æqualia ſint merita præſentatorum, habẽs in-

inſtituere poterit optare, & quem voluerit inſtituere, & ſic eſt locus gratificationi. Ioan. Andr. in cap. cum autem, vbi Abb. & Cardin. de iurepatronat. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæſt. 5. artic. 1. Verum ſi † ex duobus præſentatis, vt ſupra, vnus ſit magis idoneus, quam alius, magis idoneus debet inſtitui, quod locum habet ante factam inſtitutionem. Nam ſi idoneus fuiſſet inſtitutus, teneret inſtitutio. Dec. conſil. 129. num. 2. & Lambertin. vbi ſupra art. 2. Et

2

3 in tali † concurſu, ſi idoneus ſit pauper, & magis idoneus ſit diues, pauper eſt inſtituendus. Si vero † eccleſia eſſet debitis onerata, diues debet inſtitui. Rocch. de Curte de iurepatronat. in verbo honorificum. quæſt. 15. col. 2. in fine, & Lambertin. vbi ſupra. art. 3. vbi hæc declarat, & rationes diuerſitatis affert.

4

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Stante duorum præſentatione an debeat præferri is, qui eſt de linea Fundatoris, vel Diœceſanus, vel compatronus, Nobilis, Potens, Litteratus, vel bonus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ſi ſit de linea fundatoris, ſtante paritate eſt præferendus.*

2 *Diœceſanus idoneus præfertur extraneo magis idoneo.*

3 *Præſentatus ſi ſit de familia fundatoris, & idoneus, præfertur extraneo magis idoneo.*

4 *Compatronus ſtante paritate præfertur.*

5 *Idem eſt in præſentato, qui ſit intitulatus in dicta eccleſia.*

6 *Nobilis præfertur in inſtitutione, ſed apud Deum non eſt acceptio perſonarum.*

7 *Potens ſtante paritate præfertur impotenti.*

8 *Doctor ſtante paritate præ* fer-